UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apologia Pro Conscientiis infirmis, Sev Responsio Benigna Pro securitate dictaminis practici super certa probabilitate fundati

Fibus, Bartholomaeus
Schweitzer, Johannes

Coloniæ, 1682

Ad Benevolum Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39304

Visual Library

num proximi & ſalutem animarum: ſed potiſſimùm ad laudem ſummi Dei, cujus honori hos meos exiguos labores, omnemque induſtriam devotiſſimo affectu dedico.

Ad Bene-volum Lectorem.

PRiuſquam finio, ſcire te cupio, quòd nomen meum in titulo Apologiæ, ac deinceps exprimi noluerim, ob probabiliſticæ contentionis invidiam, & Cenſurarum in me fœditatem; quæ venales extant in approbationibus Diſſertationis triplicis. Sed quia Apologiæ impreſſione jam prope paratâ, intellexi, id ab adverſariis ad criſin trahendum, volui, ut in authentico Notarii inſtrumento pag. 142. exprimeretur. Convenientiùs quoque videbatur, ſciri, cujus eſſem profeſſionis, qui Superiorum permiſſu Apologiam edi profiterer, ad quorum Cenſuram remiſſus fui. Nec plura. Feci ego in hac reſponſione quod debui: faciant adverſarii, quod poſſunt, dummodo ſalva deinceps charitatis jura & juſtitiæ ſervent. Si indignantur & vitio vertunt, quòd reſponderim; videant, quantum culpæ ſuæ tribuendum ſit, quòd provocârint. Juſtitiâ cauſæ meæ fretus, nullius integri & prudentis arbitri judicium reformido. Nunc addo paucula corrigenda in Apologetico reſponſo.